



IN ECCLESIASTEN,

Ad rev. & clariss. virum

DN. JOHANNEM COCCEJUM,

Collegam & amicum integerrimum.



Undus quod magnum timet aut miratur, inane est:

Quæ fugere, est vanus, vanus a mare labor.

Vna est, authorem primum, sapientia nosse,
Qui, nostro haud visus lumine, visa facit.
Huic grato, quicquid mundi confusio volvat,
Cuncta suo eveniunt ordine grata pio:
Et, quod inane animo durum fit pondus inani,
Suave est, & lucri non leve pondus habet.
Hoc agis, & referans sanctæ mysteria linguæ,
Ad solida à fluxis gaudia pandis iter.
Sermo placet mihi Cocceji præclarare revelans,
At magis exemplo mens tamen ipsa placet.
O linguas pariter nostras ac dirige mentes,
Omnia qui nutu dirigis usque tuo!
Quod solidum est, tantùm cupiat mens, lingua
loquatur;
Nunquam judicio quod sit inane tuo.

CONRADUS BERGIUS D. & P.